



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

301. Iesvs cruce onustus educitur in Calvariæ locum.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

habemus regem, nisi Cæsarem. *Ioan. 19. Vers. 15.*

III. Videns Pilatus, quia nihil proficeret, sed magis tumultus fieret; acceptâ aquâ, lavit manus coram populo, dicens: Innocens ego sum à sanguine iusti hujus. Vos videritis. Et respondens universus populus, dixit: Sanguis ejus super nos, & super filios nostros. *Matth. 27. V. 24. & 25.* Tunc ergo tradidit eis illum, ut crucifigeretur. *Ioan. 19. V. 16.*

MEDITATIO CCCL.

*IESVS cruce onustus educitur in
Calvaria locum.*

I. Postquam illuserunt ei, exuerunt eum chlamyde, & induerunt eum vestimentis ejus, & duxerunt eum, ut crucifigerent. *Matth. 27. V. 31. Marc. 15. V. 20.*

II. Et bajulans sibi crucem, exivit in eum, qui dicitur Calvaria, locum, Hebraicè autem Golgotha. *Ioan. 19. V. 17.*

III. Exeuntes autem invenerunt hominem Cyrenæum, nomine Simonem, *Matth. 27. V. 32.* venientem de villa, patrem Alexandri & Rufi. *Marc. 15. V. 21.* Hunc angariaverunt, ut tolleret crucem ejus. *Matth. 27. V. 32.* Apprehenderunt Simonem, & impo-

imposuerunt illi crucem portare post IESUM
Luc. 23. v. 26.

MEDITATIO CCCII.

*Occurrunt in via flentes
 mulieres.*

I. SEquebatur illum multa turba populi, &
 mulierum, quæ plangebant, & lamen-
 tabantur eum. *Luc. 23. v. 27.*

II. Conversus autem ad illas Iesus, di-
 xit: Filiae Ierusalem, nolite flere super me,
 sed super vos ipsas flete, & super filios ve-
 stros. Quoniam ecce venient dies, in quibus
 dicent: Beatæ steriles, & ventres, qui non
 genuerunt, & ubera, quæ non lactaverunt.
 Tunc incipient dicere montibus: Cadite
 super nos; & collibus: Operite nos. Quia
 si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid
 fiet? *Luc. 23. v. 28, 29, 30, 31.*

III. Ducebantur autem & alij duo ne-
 quam cum eo, ut interficerentur. *Luc. 23.
 vers. 32.*

MEDITATIO CCCIII.

*Christus inter duos latrones
 crucifigitur.*

I. ET venerunt in locum, qui dicitur Gol-
 gotha,